



EAE GRA 6

SESSION 2017

AGRÉGATION CONCOURS EXTERNE

Section : GRAMMAIRE

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

Les dictionnaires latin-français Bornecque, Gaffiot, Goelzer et Quicherat sont autorisés.

L'usage de tout ouvrage de référence, de tout autre dictionnaire et de tout matériel électronique (y compris la calculatrice) est rigoureusement interdit.

Dans le cas où un(e) candidat(e) repère ce qui lui semble être une erreur d'énoncé, il (elle) le signale très lisiblement sur sa copie, propose la correction et poursuit l'épreuve en conséquence.

De même, si cela vous conduit à formuler une ou plusieurs hypothèses, il vous est demandé de la (ou les) mentionner explicitement.

NB : La copie que vous rendrez ne devra, conformément au principe d'anonymat, comporter aucun signe distinctif, tel que nom, signature, origine, etc. Si le travail qui vous est demandé comporte notamment la rédaction d'un projet ou d'une note, vous devrez impérativement vous abstenir de signer ou de l'identifier.

Tournez la page S.V.P.

INFORMATION AUX CANDIDATS

Vous trouverez ci-après les codes nécessaires vous permettant de compléter les rubriques figurant en en-tête de votre copie

Ces codes doivent être reportés sur chacune des copies que vous remettrez.

Concours	Section/option	Epreuve	Matière
EAE	0201B	105	0310

Les murs ont des oreilles

Iunio Silano et Silio Nerua consulibus, foedum anni principium incessit, tracto in carcerem inlustri equite Romano Titio Sabino ob amicitiam Germanici : neque enim omiserat coniugem liberosque eius percolere, sectator domi, comes in publico, post tot clientes unus eoque apud bonos laudatus et grauis iniquis. Hunc Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petilius Rufus, M. Opsius, praetura functi, adgrediuntur, cupidine consulatus ad quem non nisi per Seianum aditus ; neque Seiani uoluntas nisi scelere quaerebatur. Compositum inter ipsos ut Latiaris, qui modico usu Sabinum contingebat, strueret dolum, ceteri testes adessent, deinde accusationem inciperent. Igitur Latiaris iacere fortuitos primum sermones, mox laudare constantiam quod non, ut ceteri, florentis domus amicus adflictam deseruisset ; simul honora de Germanico, Agrippinam miserans, disserebat. Et, postquam Sabinus, ut sunt molles in calamitate mortalium animi, effudit lacrimas, iunxit questus, audentius iam onerat Seianum, saeuitiam, superbiam, spes eius ; ne in Tiberium quidem conuicio abstinet. Iique sermones tamquam uetita miscuissent, speciem artae amicitiae fecere. Ac iam ultro Sabinus quaerere Latiarem, uentitare domum, dolores suos quasi ad fidissimum deferre.

Consultant quos memorauit quonam modo ea plurium auditu acciperentur. Nam loco in quem coibatur seruanda solitudinis facies ; et si pone fores adsisterent, metus uisus, sonitus aut forte ortae suspicionis erat. Tectum inter et laquearia tres senatores haud minus turpi latebra quam detestanda fraude sese abstrudunt, foraminibus et rimis aurem admouent. Interea Latiaris repertum in publico Sabinum, uelut recens cognita narraturus, domum et in cubiculum trahit praeteritaque et instantia, quorum adfatim copia, ac nouos terrores cumulat. Eadem ille et diutius, quanto maesta, ubi semel prorupere, difficilius reticentur. Properata inde accusatio missisque ad Caesarem litteris ordinem fraudis suumque ipsi dedecus narrare. Non alias magis anxia et pauens ciuitas, tegens aduersum proximos ; congressus, conloquia, notae ignotaeque aures uitari ; etiam muta atque inanima, tectum et parietes circumspectabantur.

Tacite, *Annales*